



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 10. Epistola Innocentii Papæ ad Galliarum Regem

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV. haberet, in quo esset sapientia, claritas
 A.C 1485. legis scientia; Virum pacis, & iustitiam
 zelatorem, non vero turbatorem, & diffi-
 sionum studiosum. Hæc appellatio inter-
 posita est die vigesima Augusti; unde Co-
 rixæ Parisiensis Senatus Cardinali in-
 buit, ne legationis juribus uteretur in
 Sanctiori tamen Regis consilio, audita
 Balvis rationibus, ejusque submissio-
 bus acceptatis permissus est, dignitate
 suæ munia libere exercere. Hic tamen
 paucos ibi dies commoratus, comperta
 Sixti IV. morte, confestim Romam re-
 petiit, acceptis etiam a Rege mille
 reis, quibus ei sumptus in itinere facti
 saltem ex parte compensarentur. Post
 ille postea ab Innocentio VIII. ad Albe-
 nensem sedem evectus, & Marchiæ ab-
 conitanæ Legatione honoratus.

§. X.

Epistola Innocentii Papæ ad Galliarum Regem.

*Raynald.
 hoc ann.
 n. 36. 37.*

Balves vix Romam redierat, dum sum-
 mus Pontifex datis ad Galliarum Re-
 gem literis ei felix faustumque regni
 sui auspiciam gratulabatur, impense hor-
 tatus, ut acceptam a Majoribus deser-
 vâ Sedis Apostolicæ gloriam sollicitè
 tueretur. Hæc epistola data legitur
 die decima octava Aprilis. Exstat alibi
 i tida

itidem die decima octava Junii scripta, **Secul. XV.**
 in qua Pontifex apud eundem Regem **A.C 1485.**
 queritur, quod in Provincia, quæ nu-
 perrime Francorum imperio adjuncta
 fuerat, Ecclesiæ immunitates a Magistra-
 tibus infringantur, eoquod illi suis com-
 modis sub obtentu tuendæ Regiæ aucto-
 ritatis unice inserviant. Regem itaque ad-
 monuit Papa, ut remedio prompte adhi-
 bito hujusmodi corruptelis obviaret: cum
 vero Cleri Gallicani conventus ad primam
 Augusti indiceretur, atque haud temere
 suspicaretur Innocentius, in eo Pontifi-
 cæ auctoritati detractum iri, eoquod
 plures abolitam Sanctionem pragmati-
 cam restaurari cuperent; hinc Carolum
 Regem, datis ad eum literis die vigesi-
 ma quinta Julii rogavit, ut juxta glorio-
 sa Majorum suorum exempla Sedem A-
 postolicam protegeret, nec improbis eo-
 rum, qui auctoritati Ecclesiasticæ insi-
 diarentur, consiliis sese irretiri pateretur.

§. XI.

*Bellum Pontificis adversus Ferdinan-
dum Neapolis Regem.*

Idem Pontifex Sacerdotalis Ordinis im-
 munitatem tanto studio defendendam
 suscepit, ut etiam bellum indixerit Fer-
 dinando Neapolis Regi, qui non solum
 clientelares Ecclesiæ subditos sæva ty-
 ran-

*Marian. hist.
 Hisp. lib. 25.
 c. 7.
 Comms. lib. 74
 c. 1.*

Q 4